UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in praecedentibus Editionibus desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

**Luxemburgi, 1741**

55. Notoriæ sunt &c. Erectio Insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Veantii in Cathedralem, & respectivè Terræ Fabriani in Civitatem. Decreta per Sanctissimum Dominum Nostrum Benedictum XIII. Pont. Max. In ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-74514

Visual Library

dem Ordinariorum Juriſdictione reſpectivè eximimus, eoſque Cauſarum Curiæ Cameræ noſtræ prædictæ Auditoris Generalis nunc, & pro tempore exiſtentis Juriſdictioni ſubjicimus, & ſupponimus. Volumus autem, quod Commiſſarii pro tempore, ut præfertur, eligendi, & conſtituendi, hujuſmodi Eccleſiaſticæ Perſonæ vitæ, morum honeſtate, prudentia, rerum experientia, aliaque omni debita ad eorum miniſteria exequenda idoneitate præditi exiſtant, & quoad eos omnia, & ſingula ſerventur, quæ in Concilio Romano *Tit. 9. cap. 3. in verbo Subcollectores* ſervari debere Concilium ipſum demandat. Præſentes quoque validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis obſervari debere, neque ſub quibuſcumque ſimilium, vel diſſimilium Gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus etiam per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes ſub quibuſcumque verborum expreſſionibus, & formis, ac quibuſvis clauſulis, & decretis pro tempore factis comprehendi, vel confundi, ſed ſemper, & perpetuò ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, totiès in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac de novo conceſſas eſſe, & fore, ſicque, & non aliàs per quoſcumque Judices, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios judicari, & definiri debere, irritumque, & inane decernimus, ſi ſecùs ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtante Cauſarum Confidentialium prædictarum Auditoratus Generalis aliàs à Pio IV. & Sixto V. Prædeceſſoribus prædictis, ut præfertur, reſpectivè facta, & quatenùs opus ſit, de Jure quæſito non tollendo, aliiſque noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, nec non Pii IV. & Pii V. ac Sixti Prædeceſſorum præfatorum, ac aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ, & Cameræ prædictæ non alienandis, & malè alienatis recuperandis, illiſque non obligandis, ac ejuſdem Pii IV. Prædeceſſoris præfati de gratiis ejuſdem Cameræ intereſſe quomodolibet concernen. in dicta Camera intrà certum tempus præſentandis, ac regiſtrandis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Privilegiis quoquè, Indultis, & Literis Apoſtolicis Cauſarum Confidentialium Auditoratus à Nobis per præſentes, ut præfertur, abdicati, ac de novo erecti, & applicati Auditori pro tempore exiſtenti ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & efficaciſſimis clauſulis, ac etiam irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine, ac mera deliberatione prædictis, ac aliàs in contrarium præmiſſorum omnium, & ſingulorum prædictorum quomodolibet pluries conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque ſingulis, & totis tenoribus habenda ſit mentio ſpecialis, perindè ac ſi in eiſdem præſentibus eorum tenores, & de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, inſerti forent, pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, latiſſimè, & pleniſſimè, ac expreſſè ad validiſſimum præmiſſorum omnium, & ſingulorum prædictorum effectum, etiam ſpecialiter, & expreſsè motu pari derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc Paginam noſtræ abdicationis, abſtractionis, ſuppreſſionis, extinctionis, abolitionis, novæ erectionis, inſtitutionis, applicationis, appropriationis, præcepti, mandati, Exemptionis, ſubjectionis, ſuppoſitionis, Decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo octavo nonis Novembris, Pontificatus noſtri Anno quinto. 9. Novemb. 1728.

J. B. Archiepiſcopus Niſibenus Subdatarius.

*VISA.*

De Curia J. Archiepiſcopus Ancyranus.

Lucas Martinettus.

*Regiſtrata in Camera Apoſtolica.*

Felix Franciſchinus R. C. A. Secretarius Menſarius.

---

*Erectio Inſignis Collegiatæ Eccleſiæ S. Venantii in Cathedralem, & reſpectivè Terræ Fabriani in Civitatem.* LV.

Decreta per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum

BENEDICTUM XIII.

PONT. MAX.

*In Conſiſtorio ſecreto habito Feria 2. die 15. Novembris 1728.*

NOtoriæ ſunt & Fraternitatibus Veſtris ſanè compertæ qualitates & prærogativæ, quibus Terra Fabriani in Piceno ſita, præfulgeat; Hinc Nos enixis, & iteratis dilectorum filiorum illius Communitatis, & Populi de hac Sanctâ Sede non ſemel benemeriti ſupplicationibus indulgere cupientes, inſignem Collegiatam Eccleſiam Sancti Venantii in dicta Terrâ exiſtentem, in Cathedralem, ac Terram ipſam in Civitatem erigere intendimus.

Fabrianum Piceni Oppidum, Terrâ nuncupatum, ſitum eſt in Diœceſi Camerinenſi, & ſeptem mille circiter Chriſti fideles complectitur ſub Dominio hujus Sanctæ Sedis.

Extat in illo Inſignis Collegiata Eccleſia in honorem Sancti Venantii Martyris, magnificè, & eleganter extructa, à Priore unicâ Dignitate, & undecim Canonicis, cum octo Cappellanis, aliiſque pluribus Presbyteris, & Clericis, miniſtrata; ubi exercetur cura animarum, & Sacrarium reperitur Sacrâ Supellectili ad Divina peragenda Suffultum, ac pluribus Sanctorum Reliquiis decoratum.

Adſunt in dictâ Terrâ aliæ tres Parochiales, inter quas, altera Collegiata, Eccleſiæ, duodecim Virorum, & novem Monialium Cœnobia, quindecim Confraternitates, quinque Hoſpitalia, & Mons Pietatis.

Territorium ad quinquaginta circiter millia-

ria in circuitu extenditur, ac quindecim Oppida complectitur, & plures Pagos.

Cæterùm Eccleſiæ dictæ Terræ, eximiis, iiſque pluribus Beatorum exuviis, ditantur, ſignanter Sanctorum Romualdi, ac Sylveſtri Abbatum, debitâ veneratione, & condigno decore cuſtoditis.

## Quid Vobis videtur?

Auctoritate Omnipotentis DEI, Sanctorumque Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac Noſtrâ, declaramus memoratam Eccleſiam in Cathedralem, dictamque Terram Fabriani in Civitatem erigimus, & inſtituimus, ac Eccleſiam ipſam Eccleſiæ Cathedrali Camerinenſi æquè, & principaliter perpetuò canonicè unimus annectimus, & incorporamus, ſub immediatâ ut priùs huic Sanctæ Sedi ſubjectione, cum inſigniis prærogativis exemptionibus, & privilegiis, quibus dicta Eccleſia Camerinenſis, & aliæ Cathedrales gaudere ſolent, nec non aſſignatione præfati ejus Territorii pro illius Diœceſi, & cum derogationibus, Indultis, conceſſionibus, & clauſulis neceſſariis, & opportunis in Decreto, & Schedula Conſiſtorialibus latiùs & uberiùs extendendis; cum Decreto, quòd memorati Communitas, & Populus teneantur de proprio Domum Epiſcopalem aſſignare, ac inſuper Congruam pro Vicario generali ibidem moraturo, juxta oblationem ab ipſis factam, nec non Sacrarium ſufficienter inſtruere de Supellectilibus Sacris ad Pontificalia exercenda, & neceſſarios ſumptus impendere pro Erectione Seminarii; Volumus autem, & Apoſtolicâ Auctoritate decernimus, quòd, niſi adimpleto in omnibus per dictos Communitatem, & Populum, Decreto aſſignationum, & Sacrarii inſtructionis præfatarum, effectu gratiæ Erectionis, & unionis hujuſmodi per Nos factarum minimè gaudeant, ita ut nec dicta Eccleſia nomen Cathedralis aſſumere, nec Terra præfata, Civitas denominari poſſit, donec, & quouſque præfata omnia adimpleantur.

In Nomine PATRIS †, & FILII †, & SPIRITUS SANCTI †, Amen.

LVI. Bulla qua Collegium triginta Notariorum Curiæ Capitolinæ abſque præjudicio Tribunalis Laïci poteſt judicare de Legatis Piis, de Bonis Fiſco additis & qua revocatur Major pars Conſtitutionis quæ incipit his verbis *motu proprio*.

## BENEDICTUS PAPA XIII.

MOtu proprio &c. Doppo eſſer ſtata impreſſa, e publicata in queſta noſtra Città di Roma la Cedola di Noſtro Moto proprio, che nel dì 23. Ottobre proſſimo paſſato ſegnammo à ſuppliche, ed in favore del Collegio delli trenta Notari della Curia Capitolina, eſſendo peruenute à noſtra notizia le doglianze degl'alteri Tribunali di Roma per eſſer ſtate in quella eſpreſſe, e concedute alla detta Curia, benche à Noi, nè in voce, netampoco nel breve Sommario riferite molte coſe pregiudiziali à detti Tribunali, ed eſorbitanti, e contrárie tanto alli Sagri Canoni, quant'alla conſuetudine di Roma, e ſpecialmente trà l'altre, che la detta Curia, ed i ſuoi Giudici Laici poſſano lecitamente, e legittimamente procedere nelle ſubaſte, deliberazioni, ceſſioni, e vendite de' Beni, ed effetti emfiteutici de' Luoghi Pii, ed Eccleſiaſtici poſſeduti nell' utile Dominio da i Laici fin alla totale terminazione, e conſummazione ſenz'alcuna licenza, mà col mero exequatur del Giudice Eccleſiaſtico nel Mandato de deliberando ſolamente, con quella ragione erroneamente dedotta, che tali atti, e gl'altri ulteriori ſin alla conſumazione incluſiva, riſguardino ſolamente l'utile dominio de' Beni poſſeduti da Laici, e non ſi vulneri, nè tocchi niente, anzi ſi riſerui il diretto dominio, e la proprietà à favore de' Luoghi Pii, ed Eccleſiaſtici, e che la detta Curia Capitolina goda la Giuriſdizione privativa in tutte, e ſingole Liti, e Cauſe frà Cittadini, ed Incoli di Roma, anche in vigore di diverſe Bolle de' Pontefici noſtri Predeceſſori, e dell'iſteſſo Statuto, à tenore ſpecialmente del *Cap.* 41. *del lib. primo;* Onde Noi, che abbiamo ſempre hauuta, ed abbiamo ferma intenzione di prouvedere all'indennità d'ogn'uno ſecondo il dritto della Giuſtizia, doppo aver riconoſciuto, ed eſaminato il tenore del detto noſtro Moto proprio, e fatto ſeria, e matura rifleſſione alle coſe in quello contenute, ben auveduti d'eſſerci ſtate quelle nella maggiore, e più rilevante parte occultate, e come ſopra non eſpreſſe nè in voce, nè tampoco (come è ſolito pratticarſi) nel breve Sommario del medeſimo Moto proprio, che ſuole contenere in compendio la ſoſtanza di tutta la Grazia in eſſo contenuta, che ſe ci foſſero ſtate eſpreſſe, ò in voce, ò nel detto Sommario, havereſſimo avuto giuſto motivo di non ſoſcriuerlo, e di rigettarne nella maggior parte l'iſtanza, quantunque foſſimo venuti in ſentimento di ritirare à Noi il detto noſtro Moto proprio, e pienamente rivocare tutte le coſe in quello contenute, ci piacque nondimeno per procedere più cautamente di ſentirne il parere d'una particolar Congregazione compoſta d'alcuni noſtri Miniſtri Legali, che à bocca deputammo per eſſaminare la ſoſſiſtenza delle coſe in quello contenute, la quale eſſendoſi uniformata al noſtro ſentimento, ci ſiamo però determinati di moderare, e nella maggior parte affatto rivocare la predetta noſtra Cedola di Moto proprio, com'appreſſo. Pertanto avendo in queſta per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto l'intiero tenore dell'altra, come ſopra da Noi ſegnata, e qualunque altra coſa quantoſivoglia neceſſaria d'eſprimerſi, di noſtro Moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della noſtra Suprema Poteſtà Apoſtolica dichiariamo, e decretiamo, che il Giudice Laico non abbia, nè debba avere veruna Giuriſdizione ſopra i beni emfiteutici delle Chieſe, ed Eccleſiaſtici, benche il detto Giudice proceda contro il dominio utile poſſeduto da Laici, riprovando, e condannando Noi la propoſizione eſpreſſa nell'antidetta noſta Cedola di Moto proprio, che la Curia Capitolina, ò Giudice Laico poſſa procedere lecitamente, e legittimamente nelle ſubaſte, deliberazioni, ceſſioni, e vendite de' beni, ed effetti emfiteutici de' Luoghi Pii, ed Eccleſiaſtici poſſeduti nell' utile Dominio da i Laici, ed inſieme la ragione erroneamente ivi dedotta, che tali atti, e gl'altri ulteriori da farſi riſguardino ſolamente l'utile dominio de' Beni poſſeduti da Laici, e non ſi vulneri, ne tocchi in niente, anzi, che ſi riſerui il diretto dominio, e proprietà à favore de' Luoghi Pii, ed Eccleſiaſtici, eſſendo tal propoſizione contraria alli Sagri Canoni, ſpecialmente *nel Cap. Quæ in Eccleſiar. de Conſtitut.* ed all'opinione commune de' Canoniſti, e de' Tribunali della Curia Romana, e della Congregazione dell' Immunità, mentre il dominio diretto è anneſſo, e conneſſo, e complicato coll' utile, come acceſſorio, e ſubordinato al diretto dell' Emfiteuſi Eccleſiaſtiche, e per conſeguenza da quello inſeparabile, talmente che il Giudice Laico reſta totalmente privato della Giuriſ-